& mandata eius non custodit. mendax est. & in eo
veritas non est. Xpc veritas appellatur. Ego sum
inquit veritas & vita. Frustra ergo in eo
adplaudimus nobis. cuius mandata non fa
cimus. Nec grande putemus nos nosse dominum nos
se. cum & demones credant & contremiscant.
Quid autem sit veraciter dominum nosse. subsequen
ter ostendit dicens. Qui autem servat verbum eius.
vere in eo caritas dei perfecta est. Ille itaque
vere dominum novit. qui eius mandata servando.
caritatem se eius habere comprobat. Hoc est enim
dominum nosse. quod amare. Nam quisquis eum non
amat. profecto ostendit. quia quam sit ama
bilis non novit. quam sit suavis fons & dulcis
gustare & videre non didicit. quia ei pla
cere cum spectibus continua intentione non sata

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. 208 – Beda in epistolas canonicas
(http://www.e-codices.ch/de/csg/0262/208)